



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Ivstina V. M. 13. Iunij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

S. IVSTINA V. M. 13.Iunij.

**G** Emina Dorotheæ IVSTINA est, consimili hære morte & prodigo à morte consimili illustris. Parentibus orba cùm esset, forma tot hostes illi conciliavit, quot procos. At illa, ut cui in amotribus solus IESUS erat, suam etiam Christianis Penelopen ostendit, & mortales procos facile catros elusit; cùm Fabiano Präside plusculum fuit luctandum. Devorandæ enim alapæ ferenda verbera, & uberum carnificina. Atqui hæc intersupplicia talem IVSTINAM vultum præ se ferebat, ut inter paradisi amoenitates, quas unas tunc loquebatur, obambulare sit visa. Et opportebat alteri Dorotheæ alterum etiam Theophilum esse. Zeno hic fuit è judicii subselliis primus. IS, cùm virgo ad supplicii locum ridens contenderet, rogavit fructus peregrinos sibi è Sponsi hortis transmitteret. Annuit capite truncanda IVSTINA. Mox latutus Zenonis pulsio molliter pulsat, & donum à mortuâ virginè strophium missum exhibit. Tunc quoque risit, cùm strophium acciperet, qui horti munera sperabat. Sed nesciebat ille sub strophio fructus latere. Hoc enim dum frontem ridens tergit, ecce omnem animo superstitionem abstergit, Christum & se Christianum tam diu clamans, dum lingua è faucibus exsecaretur. Caput demum pto Christo ponit, & quod alij tam grave putant, cœlum ridendo meretur. Ex Ferrar.

Quousque hic erimus affixi? adhæsimus terram  
tanquam vermes; in cano volutamur: corpus deterrâ nobis Deus contulit, ut ipsum in celum retrahamus; non ut animam per ipsum ad terram detrahamus. S. Chrys. hom. 55. ad pop. Ant.

S. HEN.